



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

V. In antecessum autem agendum est de electionibus canonicis Episcoporum, quatenus regiæ auctoritatis sive assensus regij mixtionem olim ea materia admittebat. Tum de Investituris. Et de juramento ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

Regalium origines ex arbitrio comminiscuntur.

I V. Nequeverò paucis hac de re verbis agi potest, cùm disputatione isthac aliquot capita complectatur que in satis perplexa dilquisitione versantur. Attamen argumenti nobilitas deliciorum hominum, qui exactis disceptationibus anguntur, ingenii satifacere poterit; præcipue cùm illa tantum attingere velimus quæ necessaria sunt omnino ad Regalium cognitionem; dilatatis in aliud tempus quæ absque piaculo, licet eruditio plena, hic omitti possunt.

V. Electionum canonicarum materies, quæ tam latè patet, hīc tamen delibanda est, quatenus regiæ auctoritatis sive affer-sus regij mixtionem olim admittebat. Vnde proficisciuit de Investituris, & quæ illas se-cutæ sunt, sacerdotij & imperij controver-siis agendi necessitas. Fidei quoque ab Episcopis exactæ, & Regibus præstite, injicienda mentio, cùm illius beneficio Regaliæ effectus desinat. Canonum quoque & legum publicarum constituta adducen-da erunt, quibus vacantium sedium redi-tus Ecclesiæ aut successoribus olim refer-vati erant. Discutienda quoque erit feuda-lium rerum recentiori jure introducta na-tura; quæ vassalli morte beneficij sive regalium reditus domino feudi addicit, do-nec hominij præstatione novus vassallus de-fungatur. Tum subiectendum quid ex eo jure presumptum sit à Principibus in per-ceptione fructuum qui ad episcopatus vel abbatias vacantes pertinebant, quid à Con-ciliis posterioribus constitutum, quid regiæ edictis receptum, & senatus Parisiensis con-sultis decifum fuerit. Quibus omnibus dis-ceptatis, aperiet se se juris istius regij quod Regaliam vocant origo. Vnde quique col-ligere poterit quid de principali illa qua-stione sentiendam sit, scilicet an coërceri debeat ad certas Ecclesiæ Regalia, vel ad regni istius universas porrigi.

### C A P V T I I .

#### Synopsis.

I. In Episcopis constituendis vetus Ecclesia se-cutæ est exemplum Apostolorum. Designatio persona-olim ab iisdem siebat à quibus consecratio. Describi-tur in aversione veteris forma electionum.

II. Antiquitas nihil clero & populo tribuit præ-ter solum testimonium & consensum, electionem au-tem ipsam & judicium Metropolitano & Episcopis provincialibus. Discremen nullum erat inter clericum civitatis & populum in testimonio dando.

III. Hæc opinio nova est. Ejus tamen ope-

conciliari poterunt due contraria sententie, de qui-bus multum digladiantur scriptores. Ex necessitate consensus populi manavit afferens regi necessitas.

I V. Episcopi provinciales accedebant ad Eccle-siam vacantem; & successorem deligebant plebe pre-sente, cui relinquebatur facultas suffragandi vel re-sistendi electioni. Probatur ex Cypriano.

V. Hic usus descendit ex traditione divina. Quo-nam modo accipendum sit plebis testimonium & Epis-coporum judicium.

V I. Electionum Christianarum ritus illustratur ex Lampridi loco valde illustri. Probatur iterum auctoritate Cypriani in arbitrio plebis positum fuisse an electum admiseret vel recusaret.

V II. Ergo plebs quidem testimonium ferre pos-erat; sed tamen jus eum cum Episcopis non habebat in electionibus. Refelluntur Novatores, qui Cy-priani verba in diversum trahunt, ut electionum iura plebi vindicent.

V III. Origenes presentiam populi requirunt in er-dinando Episcopo. Cur ita visum. Quid significatur iis verbis, qui foris sunt, in prima Pauli epistola ad Timotheum.

X. Clemens quoque Romanus docet Episcopos eligi ab Episcopis, sed gratis & acceptos debere illos esse fidelibus. Emendatur verso Juny Patricij.

X. Arbitrium electionum penes Episcopos fuisse a Origenis patet ex Ensebio.

I. PRIMA illa pars aggredienda est quæ canonicas electiones & regiam cum illis progressu temporis admix-tam potestatem respicit. In Episcopis con-stituendis petitam ab exemplo Apostolorum formam secuta est vetus Ecclesia; quæ in personæ designatione & ejus postea consecratione per manus impositionem versa-batur. Quæ duæ actiones ab ipso Ecclesia exordio usque ad hanc ætatem in Oriente, & usque ad quartum seculum in Oc-cidente, conjungi solebant, adeo ut quem-admodum fieri solet in actibus legitimis qui neque diem recipiunt nec conditio-nem, designatio ab iisdem fieret à quibus ipsa consecratio. Episcopi scilicet in unum collecti promovenda personæ vitam ante-aetam ejusque merita discutiebant, & probatam ordinabant. Sed in personæ deli-genda examine, vacantis Ecclesia clerum & populum interrogantes, eorum testi-monialia exquirebant, atque consensum pra-stolabantur, ne invitis obtruderetur Episcopus. Itaque desideria & vota cleri at-que populi necessaria quidem erant ut in pace fieret ordinatio; sed vis & supre-mum arbitrium electionis penes Episcopos erat uniuscujusque provinciæ. Harum pro-motionum ordo deinde per canones aperi-tius explicatus est, ad vitandam scilicet, quæ frequenter accidebat, ex Episcoporum absentia in diligendis personis moram longiorem & in examine faciendo pertur-bationem. Electiones itaque in occidental-i